

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.



1645.

1. Carpzov, Benedictus: De jure & ac privilegio serenissimorum principum Electorum et Ducum Saxoniae et omnium appellatio.

2. Carpzov, Benedictus: Vin D'ecce Juridico-politicae theologorum Lutheravorum ab enormi crimine laesae majestatis, ex asserto Romani Pontificis antichristianismo, ipsis calumniose imputato a Joh. Dillingensibus.

3. Wirth, Polycurus: Juris studiosorum eclogae V.

1646.

1. Carpzov, Benedictus: Resolutio succincta legum in pandectis Trium difficilissimarum.

2. Carpzov, Benedictus: De donatione bonorum « testiculari » sine gradu Saxonicae.

3. Knechtwein, Frit: De finium regundorum actione (defect).

1646

4. Mosbachius, Samuel: De nobilitate usceptionis  
et proscriptiois materia
5. Romannus, Franciscus: De testamentis. Disputatio juris  
continens dispositionem, divisionem et causam effi-  
cientem.
6. Schacher, Augustinus: De pecunia castrensium

1647

1. Carpzov, Benedictus: De modis et causis feudum  
ad amittendum.
2. Carpzov, Benedictus: De jure, quod in feudo com-  
petit vasallo.
3. Gerslerus, Thomas Tobias: De conscientia publica
4. Hoppius, Johannes: Programma, quo ad lectionem  
publicam invitatur.
5. Michael, Franciscus, Coll. med. Vicarius et. prof. Therapeuticae  
l. s. d. Programma, quo ad orationem publicam invitatur.

1647,

6. Philippus, Johannes : Generalia De oblationibus
7. Waltherus, Johannes : ΣΥΝΤΟΞΙΟΝ ΥΠΟΘΕΣΕΩΝ  
nutritionis physicae varios missus existens
8. Welschius, Christophorus; Fac. med. prof. publ. : Programma,  
(quod ad orationem auspicalem invitatur).

1648

1. Bartholomaeus, Johannes et. Bartholomaeus, Michael.  
De podiculatone
2. Heylandt, Eusebius : De salis conducta.
3. Michael, Johannes : De phrenitide.
4. Sachs, Philippus Taurus : Ansgewandte  
5. Schreindauer, Georgius Tobias : De praescriptio.  
nibus.
6. Strauchius, Johannes : De inductis.
7. Volckmar, Hieronymus : De jure aetatis
8. Wagner, Paulus : Implicatio regulae : necessitas  
non habet legem.

1648.

9. Waltherus, Johannes: De lapidebus in genere.  
10. Wirth, Polycarpus: De fide.

1649.

1. Hoppius, Johannes: Διασκευαί του στομαχου και  
παροδογικη' ventriculi humani.  
2. Hoppius, Johannes: De phllisi.  
3. Langer, Christianus: De morbo castrensi seu Man-  
garia  
4. Schuelis, Tobiasus: De variis seu an thrytide  
vega scorbutica.  
5. Ritter, Samuel: De appellacionibus 2 Sampl  
6. Rivinus, Gueserus: De duello.  
7. Wirth, Polycarpus: Quaestionum juridicarum 300



h2

1646, 1 4

In Nomine Iesu Christi;  
Resolutio Succincta

**LEGUM IN PANDECTIS  
TRIUM DIFFICILLIMARUM.**

*L. Imperium, 3. de Jurisdictione. L. Frater à fratre, 38. de Conditione  
indebiti; L. naturalis, 5. de praescriptis verbis.*

Consensu Amplissimi ICtorum Ordinis in Academia Lipsiensi  
*Publico examini subjecta*

**BENEDICTO CARPZOV. J. U. D.**  
Consiliario Electorali Saxonico & Facultatis  
Iuridicæ Ordinario.

*Respondente*

**JOHANNES CHRISTIANO Avenario Cizensi,**  
*Addiem XIX. Februarij.*

**In Acroaterio ICtorum,**  
horis consuetis.

**L I P S I Æ**

**TYPIS HENNINGI CÖLERI,**

**MDCCLXVI.**



V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo &  
Consultissimo:*

**Dn. JOHANNI GEORGIO OPPELN,**  
Hæreditario in **Pumitz & Gosta / Icto**  
eminentissimo, Sacræ Cæsareæ Majestatis Comiti Pala-  
tino, Imperiiq̃ Romani Exempto, nec non Serenissimo  
Electori Saxonæ à consiliis intimis, &c. Domino,  
Mecænati, Evergetæ & Patrono suo magno, nullo non  
observantiæ & reverentiæ cultu æviternum prosequen-  
do, demissè suscipiendo

*Resolutiones hasce*

*In debitæ gratitudinis tesseram  
ac sui commendationem*

*Sacrat & dedicat*

*Respondens,*



In Nomine Iesu Christi.

L. Imperium. 3. ff. de Jurisdic.

**I**mperium aut merum est, aut mixtum est. Merum (a) est Imperium, habere gladij potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines, (b) quod etiam potestas appellatur. Mixtum est Imperium, cui etiam jurisdictio inest, qua (c) in danda bonorum possessione consistit. Jurisdictio est etiam iudicis dandi licentia. (d)

(a) Merum dicitur Imperium, † quia purum & sejunctum est à jurisditione simplici, nec ei ut mixtum Imperium subservit, Donell. 17. comm. 8. Duar. Govean. ad h. l. 3. Coraf. 3. miscell. 17. Muscorn. de jurisdic. n. 38. Non ergò propterea merum appellatur, quod cum cognitione de criminalibus nihil habeat commune; Nam sub † meri Imperii appellatione etiam cognitio in criminalibus continetur, Neque † diversa sunt Jurisdictio criminalis & merum Imperium, Scip. Gentil. lib. 1. de Jurisdic. cap. 2. Bocer. de jurisdic. cap. 2. n. 5. & seq. Matth. Stephan. de jurisdic. lib. 1. cap. 3. n. 4. & seq. Paurmeist. l. 1. de jurisd. c. 11. & c. 15.

A 2

(b) Vera

5. (b) Vera est hæc descriptio † Meri Imperii, nec  
 re ipsâ latior aut strictior, Longovall. *ad h. leg.* 3. Scip.  
 6. Gentil. *de jurisdict.* lib. 3. cap. 3. Consistit † ergo hoc Impe-  
 rium in dictamine & irrogatione pœnarum, quarum tres  
 7. gradus † faciunt Scipio Gentil. lib. 3. cap. 6. & seq. Matth.  
 8. Stephan. lib. 1. cap. 7. & seq. & alii. † Primus eas concer-  
 nit pœnas, quibus vita adimitur naturalis, Gædd. *ad leg.*  
 9. 103. de V.S. ut est capitis amputatio; Quò & † Bannum  
 Imperiale, des Reichs Acht / referendum existimamus,  
 10. vid. Gail. *de pac. publ.* lib. 2. cap. 6. † Secundus continet  
 11. pœnas, quibus caput civile, libertas scilicet aut civitas,  
 aufertur, cujusmodi est † deportatio, Vult. 1. *discept. scho-*  
 12. *last.* 12. Govean. 2. *var. lect.* 11. Duaren. 1. *disput.* 9. † Non  
 membri mutilatio, Bocer. *de jurisdict.* cap. 5. n. 11. Matth.  
 Stephan. lib. 1. cap. 10. n. 20. Donell. *ad l.* 18. n. 10. C. *de*  
 13. *transact.* Neque † Relegatio, neutra enim harum civita-  
 14. tem aut libertatem adimit. † Tertio in gradu consti-  
 tuuntur pœnæ, quæ caput naturale vel civile non tol-  
 lunt, sed ad coërcitionem & existimationem spectant, ut  
 15. fustigatio, Gædd. *ad d. l.* 103. n. 4. Porro † Merum Impe-  
 rium speciali Legis ac Principis delegatione defertur;  
 16. Castro † hinc cum Jurisdictione à Principe in feudum  
 concesso, Merum Imperium non venit, Menoch. *de præ-*  
 17. *sumt.* lib. 3. *præsumt.* 97. n. 15. & seqq. Bocer. *de jurisdict.* cap.  
 8. n. 7. & seqq. † nisi concessa sit jurisdictio omnimoda  
 sive plenissima, Matth. Stephan. *de jurisdict.* lib. 1. cap. 38.  
 n. 11. Ant. Fab. *ad l.* 7. §. *fin. de off. procons.* & Legati. Vult.  
 18. *in tr. feud.* cap. 5. n. 5. † Nec is, cui datum est Merum Im-  
 perium, hoc alteri mandare valet, Govean. Duar. *ad h. l.*  
 19. 3. † præterquam in casu absentiaë necessariaë, Bocer. *dict.*  
 20. *tr.* cap. 6. n. 21. non etiam † infirmitatis, Muscorn. *de*  
 juris

*jurisdic. n. 133.* † Principis quoque delegato causas  
Meri Imperii delegare alii fas haut est. Matth. Stephan.  
*lib. 1. cap. 18. n. 58.* Hilliger *lib. 17. comm. 8.* Donell. *enucl.*  
Menoch. *de arbitr. jud. quæstion. 54. n. 3. & seqq.* † Hodie  
Imperium id jure magistratus competere, asserit Bodin.  
*in method. hist. c. 6.* Mulcorn. *de jurisd. n. 232.* † Quod ipsis  
defendendum relinquimus.

(c) *Quæ † in danda bonorum posses-*  
*sione consistit.* : Ita legimus cum Ant. Fabr. 4.  
*Conject. 4.* licet etiam retentâ vulgari lectione, jurisdic-  
tioni ea rectissimè attribuatur. Mixtum enim Imperium  
nihil aliud est, † quàm portio quædam ex Imperio, quod  
ad causas criminales pertinet, decisa, & jurisdictioni  
tuendæ, sententiis ac decretis exequendis adjecta; At †  
quomodo datio bonorum possessionis coërcitio dici pos-  
sit, non apparet, Longovall. & Govean. *adh. l. 3.* Ex † quo  
porrò Restitutionem in integrum, ac † Tutoris datio-  
nem jurisdictionis simplicis esse defendemus, Anton.  
Govean. *in h. l. 3.* Ant. Fabr. 4. *conject. 4.* Quamvis mi-  
xtum Imperium semper † cohæreat jurisdictioni, ita, ut  
eam qui habet, mixtum quoque exerceat Imperium,  
Dom. Arum. *in disput. ff. 2. quæst. 1.* Cujac. 21. *obs. 30.*  
Matth. Stephan. *lib. 1. de jurisdic. cap. 12.* † Hinc man-  
datâ jurisdictione, simul etiam transit mixtum Impe-  
rium, Fach. 9. *contr. 98.* † Ejusmodi verò jurisdictionem  
qui habet, nihil proprii obrinet, sed † quicquid agit,  
vice mandantis agit, Donell. 12. *comm. 8.* Vult. l. 1. *J.R. c.*  
1. 4. n. 8.

(d) At † judicis dandi licentia, non in dijudica-  
tione consistit; Quinimò Prætor judicem dando, dijudi-  
candi necessitate liberatur: Quomodo ergo jurisdictioni

34. tribuitur ? Scilicet † prætor præscribendo formulam, secundum quam judicari debeat, hoc ipso jus dicere videtur, Donell. 17. comm. 6. Duar. de jurisdic. c. 2.

L. frater à fratre. 38. ff. de Condict. indeb.

**F**Rater à fratre, cum in ejusdem potestate essent, pecuniam mutuatus, post mortem patris ei solvit, quaritur, (a) an repetere possit ? Resp. cum Africano ? Pro eâ parte, qua frater debitor patri heres extitit, id quod solvit, repetet ; (b) Pro alterâ verò parte, quâ frater creditor heres extiterit, ita repetet, si non minus ex peculio suo ad fratrem pervenerit. (c)

1. (a) Casus sit talis : † Frater à fratre, pecuniam scilicet ex ejus peculio profectitio, vivo patre mutuatus, post mortem patris, divisâ hereditate, divisâ etiam peculii, illam solvit, num habebit repetitionem ? Quæstio in
2. eo est, † an frater pecuniam mutuatus eam debuerit, si debuerit, non repetet, ne si naturâ quidem tantum debuerit, l. si non. 26. §. 3. l. 59. ff. de condict. indeb. † Si
3. non debuerit, indebitum condicet eâ lege, quâ cætera, quæ indebita soluta sunt, repetuntur, cum scilicet per errorem facti soluta sint, Donell. 14. comm. 19. Costald. ad h. l. 38. ubi & Gothofr.

Quia

(b) Quia † etiam si mutuum à fratre non accepisset, tamen mortuo patre, confuso cum hereditate peculio, dimidiam partem jure hereditario accepisset, † pro eâ ergo parte, neque vivo patre unquam fratri debuit, neque mortuo patre, cæpit pro eâ parte debere. Donell. *diſt. cap. 19.* Quamvis † verius videatur, fratrem, qui pecuniam mutuum dedit, obligationem naturalem in suam personam acquisivisse, *arg. h. l. 38. l. 14. ff. de O. & A. l. 50. §. 2. ff. de peculio.* † Quod non sine ratione defendit Hottom. *ad h. l. 38.*

(c) Cum † enim hoc modo in ipsa divisione peculii debitum suum frater consecutus sit, compensatione obligatio erit sublata, ac proinde totius, quod postea frater solvit, repetitio danda; Quod † si tantam summam in peculio frater debitor non contulerit, pro altera ista parte, ex quâ frater creditor heres extitit, repetitio deneganda erit, † quia pro eâ parte obligatio non censeatur sublata. Donell. *d. loco.*

L. Naturalis. §. ff. de præscript. verb.

**E**X contractibus (a) innominatis (b) *Do ut Des*, (c) *Do ut facias*, (d) *Facio ut des*, (e) *Facio ut Facias* (f) *datur Actio præscriptis verbis.* (g)

(a) Contractum appellamus † Conventionem seu pactum, *Gædd. ad l. 19. de V. S. Donell. ad l. 10. C. de pact.* † quod negotium habet, *Anton. Fab. in Ration. ad l. 7. §. 1. de pact. vel eo deficiente † nomen proprium ac legitimum, Cujac. in parat. ad tit. C. de pact.* Ex quo sequitur, pactum  
Legi-

4. legitimum † non esse contractum, Donell. *ad leg. 10. de*  
5. *pact.* Cujac. *11. obs. 17.* † Nec feudi investituram, Duar.  
6. *de feud. cap. 7. n. 2.* † Nec ipsum feudum, Boccr. *de qualit.*  
7. *& diff. feud. c. 1. n. 6.* Nec † donationem inter vivos, Ant.  
Fab. *in error. pragmat. decad. 45. error. 8.*

8. (b) Qui † generis sui nomine & formâ sunt con-  
9. tenti, nominati verò contractus proprium & speciale  
nomen assumunt, certosque ac determinatos fines ha-  
bent, Fortun. Garz. *ad l. 7. de pact.* † Ad contractus inno-  
minatos referendam etiam existimamus Transactionem,  
Conan. *l. 5. comm. 6.* Gilk. *in pralud. ad tit. C. de transact. Don.*  
*ad l. 33. C. eod. tit.*

10. (c) Cognatus est hic contractus † Emtioni Ven-  
11. ditioni: Nam sicuti, cum pecuniam do ut rem accipi-  
am, emtio venditio est, ita cum rem do ut rem accipiam  
est contractus permutationis, *h. n. leg. 5. §. 1.* Cujac.  
12. *23. obs. 29.* Donell. *de præscript. verb. cap. 3.* Duar. *in tr. de*  
*condict. caus. dat. cap. 2.* Neque enim † cum Vult. *1. J.R.*  
13. *cap. 41. n. 14.* Vaud. *1. q. 25.* Corat. *2. miscell. 15.* Con-  
tractum Do ut des à permutatione separamus, ut hæc  
14. contrahatur, quando species pro specie, ille verò, † quan-  
15. do genus pro genere, vel genus pro specie datur. Neque  
cum Anton. Fabr. *6. conject. 9.* & Fortun. Garz. *ad leg. 7. de*  
16. *pact.* † Contractum Do ut Des permutationis principi-  
um constituimus; † Neque cum alius permutationem  
ad solam conventionem de dando restringimus: Sed  
17. permutationem & articulum Do ut Des † pro uno eo-  
demque contractu accipimus cum Cujac. *23. obs. 29.*  
18. Heydecc. *in h. lge. 5. th. 13.* Occurrit hic dubium: † Si  
scyphos tibi dederim, ut mihi Stichum dares, cujus sit  
periculum? Et † ex sententia Pauli placet meum esse,  
*h. l. 5.*



*h. l. s. §. 1. Coras. 2. miscell. 9. Donell. de præscript. verb. c. 7.  
Cujac. ad l. 7. de pact. §. 23. obs. 29.*

(d) Differt † hic contractus à Locatione-Condu- 19.  
ctione, quæ duo requirit: Ut pecunia detur numerata;  
† Sicut enim pretium Emptionis in sola pecunia numerata 20  
consistit, ita etiam † in locatione merces, Donell. 1 3. 21.  
*comm. 5. Fachin. 1. contr. 82. Dn. Arum. in disp. ff. 13. th. 9.*  
Et ut † factum, pro quo pecunia datur, tale sit, quod 22.  
locari solet: Ergo contractus erit Do ut facias, quando  
horum alterutrum deficit, † aut pecunia numerata, aut 23.  
factum locari solitum.

(e) Totus dependet † hic articulus ex præcedenti 24.  
contractu Do ut facias, eademque facta & easdem datio-  
nes recipit, Heydecc. *ad h. l. s. th. 26.* Unde & ex hoc † 25.  
articulo Facio ut Des perinde ut ex contractu Do ut fa-  
cias actio præscriptis verbis datur, † siue dolus arguatur 26.  
siue non arguatur Heydecc. *th. 27. Vult. in §. actionum.*  
*n. 55. Inst. de act.* Rectè ergo Julianus à Mauriciano re-  
prehensus in hac specie: † Dedi tibi Stichum ut Pam- 27.  
philum manumitteres, manumisisti, evictus est Stichus,  
Julianus in factum actionem à prætore dandam putabat,  
Mauricianus verò actionem præscriptis verbis sufficere  
respondebat, *lib. 7. §. 2. ff. de pact.* † Malè enim à quibus- 28.  
dam hæc facti species ad articulum Do ut facias re-  
fertur.

(f) Ex hoc † similiter nulla actio peculiaris, sed 29.  
præscriptis verbis nascitur: Quanquam enim si pacti  
simus, ut tu in meo, ego in tuo solo ædificem, mandatum  
contrahi videatur tamen, cum † mutua facta gratuita 30.  
esse non possint, conventio hæc in contractum innomi-  
natum incidit, Heydecc. *th. 28. Donell. de præscript. verb.*  
*cap. 6.*

B

(g) Inde

31. (g) Inde sic dicta, † quod præscriptis verbis rem gestam demonstrat, & hæc demonstratione utatur vice nominis, quo caret, Donell. *de præscript. verb. cap. 21.*
32. † Stricti juris est hæc actio, exceptis duobus casibus, quorum fit mentio in §. *actionum, Inst. de action. scilicet † si de æstimato proponatur, aut ex permutatione competat, tunc enim bona fidei dicitur, Donell. ad §. actionum, de act. n. 35. ibidemque Vult. n. 44. Harpr. n. 34.*
33. Persequitur hæc actio interesse, † quod quia incertum, incerti etiam actio præscriptis verbis dicitur, Donell. *cap. 23.*

---

## COROLLARIA.

### I.

**D**omicilium originis naturale non tribuit locus nativitatis, sed origo & domicilium patris.

### II.

*In Statutis & Transactionibus sub nomine Urbis vel Civitatis, comprehenduntur etiam suburbia.*

### III.

*Tenetur emtor ad interesse pretii non soluti, quamvis propter imminentem evictionem illud retinuerit.*

### IV.

*Legatâ re particulari, hypothecatâ alteri, hæres eam redimere tenetur: Secus in Legato universalis, ubi ipsemet Legatarius ad exolutionem aris alieni pro liberatione Legati est obstrictus.*

V. Le-

V.

Legatum nominis ad certum obligationis instrumentum si fuerit restrictum, per exactionem crediti & redditionem instrumenti; rursus à testatore ademptum videtur.

VI.

Tutor se suosvè heredes liberare nequit per protestationem à redditione rationum: nec juvat hac interposita super eo, quod non consistit in solâ voluntate protestantis.

VII.

Redditis licet nondum rationibus, Tutor tamen res in Inventario scriptas, pupillo restituere tenetur.

IX.

Heres in re certa institutus, etiamsi sit filius filiavè, habetur pro Legatario, & propterea ab exolutione aris alieni est immunis.

IX.

Pater si non promiserit dotem, filiâ defunctâ hoc nomine à Genero conveniri nequit, nec ullam tùm dotem præstare tenetur.

X.

Promissio de vendendo, confirmata quantumvis juramento, in perfectam tamen non transit venditionem de presenti.

XI.

Retentio non tribuit hypothecam vel jus reale.

XII.

Pluribus aliquem vulnerantibus, unusquisq; eorum ad integram tenetur Emendam.

XIII.

Reservato Venditori dominio rei vendite pro asssecuratione pretii,

pretii distinctis terminis solvendi, interitus rei totalis, si forsan ante domini abdicationem accidat, ad Venditorem, non emitorem pertinet.

XIV.

Agnatus licet in feudi oppignorationem consenserit, attamen si Domini consensus non intervenerit, feudo sibi aperto ad exolutionem debiti haud obligatus est.

XV.

Dominus ex feudo consensu suo oppignorato, sibiq; aperto, as alienum exolvere tenetur, licet Agnati in hypothecam non consenserint.

Soli Deo Gloria.



Leipzig, Diss., 1645/49


ULB Halle 3  
003 265 218




Sb.

WMA







1646, 1 4

su Christi;  
succincta  
**PANDECTIS**  
MILLIMARUM.

Frater à fratre, 38. de Conditione  
de praescriptis verbis.  
ordinis in Academia Lipsiensi  
ni subjecta

**R P Z O V. J. U. D.**  
axonico & Facultatis  
dinario.  
ente  
o Avenario Cizensi,  
Februarij.

**ICTorum,**  
uetis.  
**I Æ**  
**NGI CÖLERI,**  
**KLVI.**

3 1/2